





N. 254

~~P. 2. 16.~~

Q. D. E. V.  
DISSERTATIO INAUGURALIS  
IURIDICA,  
DE

Pr. 25. num. 15.

24

FOEMINA MECKLEN-  
BURGICA,

1738, 10.

IN MATERIA IURIS CIVILIS ET FEVDALIS  
CONSIDERATA,

S. 234.

QVAM

*DIVINA ANNVENTE GRATIA,*  
*ET AMPLISSIMO FCTORVM ORDINE INDVLGENTE,*  
SVB PRÆSIDIO

**DN. ERN. IOH. FRID. Wanzeln,**

PHIL. AC IUR. DOCT. FAMIGERATISSIMI INSTIT.  
PROFESS. PVBL. ORDIN. FACVLTATIS IVRIDICÆ  
AD H. A. DECANI SPECTABILISSIMI,

DOMINI FAVORIS AC PROMOTORIS COLENDISSIMI,  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IURE

HONORIBVS RITE CAPESSENDIS,  
IN ACADEMIA PATRIA,  
ANNO MDCCXXXVIII. DIE 29. APRILIS  
HORIS ANTE - ET POSTMERIDIANIS,  
PLACIDÆ ERVDITORVM DISQVISIONI  
SVBMITTIT

KONFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALLE

CHRISTIAN MATTH. SCHAVMKELL,  
SVERINO-MEGAPOLITANVS.

IYDICIORVM MEGAPOL. ADVOCATVS ET DICASTERII  
PROVINCIALIS PROCVRATOR ORDINARIVS.

ROSTOCHII,  
Typis IOH. IACOBI ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

G. D. L. F.  
DISSERTATIO INVALENTIAE  
JURIS  
DE

FOLMINA MECLER  
BARCICA

IN HONORE  
AD HONORANDUM  
AD HONORANDUM

AD HONORANDUM  
AD HONORANDUM  
AD HONORANDUM

AD HONORANDUM  
AD HONORANDUM  
AD HONORANDUM

AD HONORANDUM  
AD HONORANDUM  
AD HONORANDUM

AD HONORANDUM  
AD HONORANDUM  
AD HONORANDUM

AD HONORANDUM  
AD HONORANDUM  
AD HONORANDUM





## INGRESSUS.



Dissertationis præsentis rubrum, dum de *femina Mecklenburgica*, in materia Juris civilis & Feudalis considerata, sonat, quilibet statim advertere poterit, animum mihi non esse scribendi jura singularia foeminarum in genere, & quatenus in harum personis diversi quid statutum, quod in personis Sexus masculini non obtineat, remitto me potius ad CARPZOVII, HAHNII, LEMBKII aliorumque de hac materia tractationes; Bre-

A

vibus

vibus tantum, quid in specie de foemina in ter-  
ris Mecklenburgicis degente, & in materia Ju-  
ris civilis & feudalis consideratā, juxta consti-  
tutiones provinciales, consuetudinem & praxin  
obtineat, expositurus, & instar indicis hic tan-  
tum modo, quæ alii Doctores patrii passim de  
foeminarum Mecklenburgicarum juribus in  
scriptis suis jam tradidere exhibiturus, & quæ  
hi intacta reliquerunt paulo uberius, absque  
omni tamen prolixitate, enucleaturus.

Et quoniam sub foeminae appellatione & vir-  
gines, tam nobiles quam plebejas, impuberes  
& puberes, & foeminas maritatas & viduas,  
brevibus, totum sexum foemineum com-  
plector, ad rubri explicationem nil amplius re-  
quiritur. Propero igitur ad ipsam tractatio-  
nem, id tantum adhuc præmittens, me primo  
de foemina Mecklenburgica civili, quoniam in  
hac materia plura occurrunt, quæ & ad foemi-  
nas, in materia feudali consideratas, applicari  
possunt, ex. g. de jure retentionis, de prælatio-  
ne dotis & varia, & secundo de F. M. feudali  
esse acturum,

CAP.

CAPUT. I.

De Fœmina Mecklenburgica Civili.

§. I.

**I**N multis juris articulis deteriorem esse feminarum con-  
 ditionem, quam masculorum, recte asserit *Papin. in L. 9. ff. de Stat. Hom.* interim tamen dum utriusque sexus,  
 nisi specialiter quid diversi in jure statutum esse demon-  
 stretur, eadem sit conditio eademque sint jura, sequitur, fœ-  
 minas æque ac masculos plenaria gaudere libertate res suas  
 administrandi, contrahendi & testandi, nec sub curatela cu-  
 jusdam esse, sed personam standi in judicio habere, in pro-  
 priis causis in judicio comparere, agere & se defendere posse,  
 quia non solum hæc libertas sexui femineo non ademta sed  
 illi potius reservata in *L. 4. C. de Procur. & Nov. 134 cap. 9.*  
*LYDOVICI in Us. Pract. Dist. Jurid. ad Tit. ff. de Stat. Hom.*  
*Dist. 1.* licet hæc juris communis dispositio in multis locis  
 vicinis, imo si credi possit *MEVIO ad I. L. Lib. 1. Tit. VII.*  
*Art. IV. num. 4.* in universa fere Germania non recepta sit. *sunt tamen*  
 In specie Jus Saxonicum fœminis potestatem standi in judicio, *sub cura fu-*  
 in propria causa agendi & se defendendi, ademit, & curato-  
 rem ad litem fœminis suis constituit, imo *Landes-Recht L. 1. Art.*  
*44. & 46. & Lib. 2. Art. 63. & in O. P. S. Tit. 8. nec minus*  
*in Const. Elect. Saxon. 15. P. 2. conf. CARPZ. P. 1. Const. 1.*  
*Def. 30. & in Tract. de Jur. fem. sing. Decad. IX. post. 2. &*  
 Jus Lubecense, fœminas absque omni distinctione, minorenes *item Jure*  
 sint nec ne, nuptæ sint vel non, perpetuæ curatela subjecit, *Lubecense*  
 idemque *Jus Hamburgense P. 1. Tit. 9. art. 5.* fecit, docente *& Hambur-*  
*MEVIO ad cit. L. 1. Tit. VII. Art. IV. Juris Lub.* In Patria ve-  
 ro nostra viget dispositio supra citata *L. 4. C. de Proc. & non tamen in*  
*Nov. 134. cap. 9.* & ideo fœmina nostra Mecklenb. nullius tu-  
 telæ

A 2

telæ

relæ vel curæ subjecta est, sed liberam habet facultatem de rebus suis perfecte disponendi, se, excepta fidejussione, obligandi, in iudicio in causis propriis comparandi, in his agendi, & se defendendi absque curatore litis Nullibi enim in constitutionibus nostris provincialibus sc̄mina curatelæ nec mariti nec alius cujusdam subjecta est, nec adest consuetudo vel observantia. Et licet sæpius in scriptis in iudiciis nostris productis conspiciatur, quod maritus nomine uxoris, ratione bonorum vel dotalium, vel paraphernalium agens, se subscribat in *eheslicher Vormundschafft seiner Frauen*; Ex hoc tamen curiæ stylo inferri nequit, sub vera mariti cura uxores in Megapoli, sed hanc mariti curam valde anomalam esse, & plus non inferre quam quod maritus bonorum uxoris paraphernalium sit administrator; Uxoribus enim nihilominus integrum est, de bonis suis, quæ marito nec in dotem dedit, nec ejus administrationi commisit, qualia sunt paraphernalia, libere disponere. Rectius igitur est, si maritus tanquam dominus dotis civilis & administrator bonorum paraphernalium in iudicio agat, hæc scripta proprio concipere nomine, & in contextu tantum modo addere, quod vel ut dominus bonorum dotalium, vel ut administrator paraphernalium agat.

*Stylus curiæ in b. c. non inducit veram curatellam.*

*Num Jus Lub. b. c. in Megap. valeat.*

*Sententia Dni Westphalii de usu Jur. Lub. in Megap.*

§. 2.  
 Dictum est in §. præcedente sc̄minas sub jure Lubecense viventes sub perpetua esse cura, sinuptæ, mariti, si innuptæ, alterius cujusdam; Non inutile ergo hic erit, circumspicere, num hoc jus Lubecense, quod in Megapoli nostra etiam aliquando obtinet, quoad hunc passum ad fora nostra transferit?  
 Ill. Dn. de WESTPHALEN in *Diss. de Indole practica Juris Lubecensis in civitatibus Mecklenburgicis* imprimis §. 6. & II. nec non in *dissertat. de origine & fontibus Jur. Lubec. habita Rostoch. 1727. ibique §. 7.* Statuit, totum Lubecense jus in omnibus omnino suis capitibus ad fora nostra in omnium civium, qui Jurisdictioni Magistratus civici subsunt, negotiis, ex



ex specialibus principum privilegiis transisse, adeoque illum qui ad jus Lub. provocat. fundatam habere intentionem, & ab onere probandi receptionem immunem esse, hocque potius in contrasententem usumque & receptionem hujus vel illius capituli negantem transferre. adeo ut hic probare debeat, hunc vel illum, ut dicunt, passum, vel non receptum, vel iterum abrogatum esse; hancque suam sententiam inde probare vult, quod plerisque civitatibus Mecklenburgicis specialibus privilegiis quæ in priori citata *Diff. de Indole pract. Ec. §. 3. 4.* recenset, usus hujus juris concessus sit. Hæc si tuta foret sententia, in plerisque nostris civitatibus scemina perpetuæ curæ subjecta esse deberet; Verum multis plane dubiis hæc tanti viri sententia involuta est, & licet instituti mei ratio non permittat, prolixius de usu & obligatione Juris Lub. in Megapoli disputare, id unicum tamen adduco, quod contra fidem historicam sit, si statuere velimus, jus præsens Lubecense quod hodie valer & obtinet, ex privilegio principum & horum concessione, in hac vel illa civitate patria valere & obtinere; Nam præsens hoc Jus Lubecense demum circa finem seculi 16ti & quidem anno 1586. compilatum est, ut ipse eruditissimus. Vir in *Diff. citata de origine & fontibus l. l. Ec. §. 6. seqq. MEV. ad Jus Lub. in Quæst. pralim. v. n. 46. ILL. HEINECCIUS in Hist. Jur. Rom. & Germ. Lib. 2. §. 87.* docent, pleraque autem privilegia ab *Illustri WESTPHALIO cit. loc.* recensita, jam seculo 13. 14. & 15. duobus tantum, scilicet Ribbenitzio & Witteborge concessis exceptis, impertita sunt, ideoque recte dici nequit, jus hoc præsens, quod a primævo longe diversissimum est, id quod ex collatione codicis MSCti membranacei cum præfenti observavit laudatus HEINECCIUS *Spec. Progr. ante suam nativitatem jam concessum & indultum esse, manet igitur sententia communior, Jus Lubec. non ex privilegio principum sed ex sola receptione & usu valere, & ideo illum qui ad hanc vel illam Juris Lub. dispositionem provocat, hujus receptionem & usum, nisi is jam notorius sit, dextre probare debere,*

*qua tamen valde dubia est.*

*propter historiam compilationis Jur. Lub.*

*Jus Lub. non ex principum privilegiis sed ex sola receptione & usu valet.*

quoniam Jus Romanum diu ante compilatum Jus Lubec. præfens jam receptum erat, & quod huic, per alius cujusdam juris receptionem particularem derogatum sit, res facti ideoque probanda est. Hac igitur stante sententia, asserere nullus dubito, illum, qui asserit feminas nostras civicas, quæ Jctioni Magistratus civici subsunt, licet in civitate quædam Juris Lubecenses esse, hanc suam assertionem, & quod Jus Lubec. etiam in hoc passu receptum sit probare debere. Praxis & obser-

*Jus Lubec. quoad præfentem passum in patria non receptum est.*

vantia interim docent Lubecense Jus, quoad hunc passum non ubique in Megapoli esse receptum; Extra Rostochium enim rariore erunt exempla, quod feminae nostræ majorenni constitutus sit curator. Quotidie potius cernimus, feminas nostras egressas minorennitatem nullius amplius curæ subiectas esse, sed potius illas libere de suis rebus juxta Libertatem in supra citata L. 4. & Nov. 134. feminis relictam disponere, in judiciis in propria causa comparere, agere & se defendere.

### §. 3.

*Jure Rom. matris consensus ad sponsalia liberorum absolute necesse non est bene tamen consensus paterni in nuptiis liberorum.*

Jus Romanum nullam matri in liberos concessisse potestatem, ideoque hujus consensum in nuptiis liberorum absolute necessarium non fuisse, licet honestatis regulæ omnino suaderent, nec hujus nec reliquorum ascendentium consensum spernere & negligere, STRYK. in *Uf. Mod. ff. Lib. 23. Tit. 1. §. 15.* nemo est qui ignorat. B. Du. SCHOEPPF. in *Diss. de necess. bene tamen consensus paterni in nuptiis liberorum.* Verum, quoniam juxta simplicitatem Juris Naturæ parentibus imperium in liberos competit, propter generationem, TITIVS in *Jur. priv. Lib. 6. cap. 10. §. 3.* & ob educationem, ad quam ex præcepto juris Naturæ obligantur, & quæ sine imperio in educandos fieri nequit, generatio autem & educatio utrique parenti, patri scilicet & matri, communis est, & ideo matri nil minus quam patri, ita tamen ut huic prærogativa debeat, STRYK. *dicit jam loco* §. in *fin.* imperium in liberos competit, Germani hanc Juris

*Quædam restau- rarunt Ger- mani*

ris Naturæ simplicitatem postliminio quasi restituerunt, matri potestatem in liberos concesserunt, & hujus consensum ad sponsalia & nuptias liberorum sub pena nullitatis & essentialiter requirunt, uti restantur *Ill. Dn. BÖHMER in Jur. Eccl. Pr. iest. Lib. 4. Tit. 2. §. 9. & 12. SCHOEPPF. in Synopsi Ju. priv. ad Tit. de Sponsal. CARPZ. in Tract. de Jur. fam. singul. Dec. 2. Post. 8. COTHM. Vol. 1. Resp. 1. num. 682. usque 692.*

Eandem juris naturalis simplicitatem iterum etiam in ritoriois suis restaurarunt Serenissimi Legum latores nostri, *Vid. Ordin. Consistor. de anno 1570. Tit. 8. Sect. von Ehe = Ge- lübben ohne Verwilligung derer Eltern ordin. polit. de anno 1572. Tit. von heimlichen Verlöbnißten &c. §. 1. die revidirte Kirche = Ordnung Tit. vom Kirchen = Gericht fol. 133. in fin. & 134. pr. ubi irrita dicuntur Sponsalia in seius parentibus contracta, & verba: ohne Vorwissen der Eltern, sub qua appellatione, juxta idioma nostrum, & patrem & matrem comprehendi constat, concludi volunt, quod matris in hac materia jus sit insigne; Imo matris mentio sit expresse in *cit. ord. Consist. d. l. s. fin.* ibi und soll nicht genug seyn, daß ein Vater oder Mutter sage darum will ich nicht, daß ich nicht will, Contracta igitur ipso jure nulla declarantur & rescindi jubentur. adeo ut nec copula carnali convalidari possint, per expressum textum in der revidirten Kirchen = Ordnung *cit. loc.* sic sonantem: So aber Versöhnen in Unzucht gerathen würden, da das eine Theil dem andern Ursache gegeben, in Hoffnung die Ehe dadurch zu erzwingen, und doch die Zusage heimlich ist &c. Hinc sponsalia aut non adhibitis testibus, aut in seius parentibus contracta. omni casu dicuntur clandestina *SCHOEPPF. in Syn. Jur. priv. d. l.* Admonentur Pastores, verbis: Soll der Pfarr = Herr dieselbe zur Ehe nicht nöthigen, damit nicht die andern mehr Gelegenheit suchen und die Unzucht und Hurerey hiedurch bestärcket werde.*

Hanc juris patrii dispositionem in viridi adhuc esse ob-

*Dn.*

*Et mores ac Latores patrii, id quod restantur a) Leges provinciales,*

*h) Dares patrii,*

*Dn. SCHOEPPF. in sapius cit. Diss. de necessit. cons. pat. in nupt. lib. cap. 1. n. 22. Dn. de WESTPHAL. in cit. Specimine Juris R. dissonantis a J. Germ. comm. & Mecklenb. Pos. 1. §. 9. ibi-  
o) propria ex: que Ddres citati TORNOV. de F. M. P. 1. p. 520. sed & quo-  
perientia,*

ridiana testatur praxis, sic enim pronuper Illustris Cancellaria Suerinensis, in Causa C. M. Baarßen, cui patrocinabar, contra Peter Schulten, in pto Stupri, sub spe matrimonii commissi, hunc Stupratorem ad consummandum matrimonium propter matris Stupratoris presentis, & perquam tenaciter contradicentis, dissensum, condemnare iuste denegabar.

Plures hic quidem in medium proferri possent quæstiones ex. g; an sponsalia, invitis parentibus contracta & benedictione Sacerdotali consummata, propter dissensum parentum rescindi possint? Quæ rationes dissentienti a parentibus debeant allegari? & num sufficiat parentes declarare, justissimam sese habere dissentienti causam, hanc tamen ob arcanas quasdam & occultas rationes revelare non posse? item, an & qua pena afficiendi sint liberi sponsalia insciis parentibus contrahentes? de quo in *ordin. Consist. cit loc. &c.* Verum quoniam forte extra oleas vagarer, & quæstiones hæ patris & matris jura æqualiter afficiunt a pluribus merito abstinco, unicum tantum modo addens, quod filia, quæ citra patris consensum viro nupsit, dotem a patre petere nequeat, TORNOV. *d. l.*

## §. 4.

*Nam femina in celebratione sponsaliorum publicorum testes habiles sint.*

Antequam materiam sponsaliorum mittam, id unicum adhuc quærere lubet, quoniam in sponsalibus nostris celebrandis, nisi vitio clandestinitatis laborare velint, testes intervenire jubentur in *Ordin. Consist. Tit. 8. Sect. von heimlichen Verlöbnißten* & in *ordin. eccles. fol. 132 inf.* Num semina nostra Meckl. in celebratione Sponsaliorum publicorum testes habilis esse possit? De jure communi quilibet testis habilis est, nisi in specie prohibeatur *L. 1. §. 1. ff. de Test.* & in specie de mulieribus certum, quod eadem habeant jura quæ masculi, nisi quid

quid singulare de illis constitutum sit, *vid. §. 1. supra*; Et quod ordinarie ad testimonium admittantur, nisi testes solus solennitatis gratia actui interesse debeant. Redundat igitur eo præsens quæstio, num testes in contrahendis sponalibus requirantur solennitatis gratia nec ne? B. STRYK. *in Us. Mod. ff. negatur hoc. Lib. 23. Tit. 1. §. 7.* censer, testes in contrahendis sponalibus adhiberi magis honestatis externæ & solennitatis, quam veritatis gratia, idque inde defendere vult, quia, deficientibus testibus, sponalia sint invalida, licet vel maxime confessione maris ac sceminae vel aliunde de iis satis constet. Mihi placet media <sup>rectius tamen affirmatur.</sup> sententia, quod nimirum & solennitatis & veritatis causa adhibiti sint olim testes in Sponalibus; Quia enim matrimonium erat sacramentum, necesse etiam, ut ejus initium fieret in ecclesia per aliquot fideles representata. Unde & olim benedictio sacerdotalis fieri debuit præcise in templis; Prouti & adhuc fit & quidem cum singulari in pagis apparatu; Accedebat doctrina, quod juramentum contra matrimonium non haberet locum, unde credo, utrumque patet, imo simul constat, quod, quia sceminae sunt membra ecclesiae & circa sacrum baptismum possunt esse testes, & eadem quoties de veritate sola dicenda agitur, admittuntur, frustra disputeretur, an circa Sponalia sint admissibiles. Accedit, 2) quod, ni fallor, quoties testes solennitatis gratia tantum requiruntur, ut plurimum ultra tres, & semper certus numerus præscriptus sit; Quod cum in constitutionibus nostris non factum, nec statui potest, solius solennitatis gratia, præsertim hodie, testes requiri: 3) meam sententiam confirmant verba constitutionis *Consiit: ubi dicitur: daß die Verlobung in redlicher Leute Gegenwart vollzogen werden solle.* Sub voce *redlicher Leute* non autem solum masculos sed & sceminas comprehendi, negari nequit *Dn. Georg Fried. AMSEL J. U. D. & Advocatus Sverimensis consultissimus & felicissimus in Diss. inaugurali sub Præsidio Dn. SIBRANDI in alma hac 1710. habita, de eo quod justum est circa testimoniorum scet. 3. S. 3. & clarius hoc adhuc elucescit ex ordin. Eccles.*

B

Eccles.

*Ecles. cit. loc.* ibi in Gegenwart ehelicher Männer und NB. Zeugen &c. dum enim Sereniss. LLator & masculos & alios restes nominat, sine dubio præter masculos & alios adhuc testes, dummodo juxta jura per se inhabiles non sint, admisit. Denique 4) etiam certum & supra §. 1 jam adductum est, feminas nisi in speciali casu a LLibus prohibitas esse quis demonstrare possit, pro testibus habilibus reputandas esse, quod cum autem in constitutionibus nostris provincialibus factum esse demonstrari nequit, firma stat sententia, feminas nostras Mecklenburgicas in sponsalibus restes esse habiles; Imo credo, quod etiam in actu benedictionis sacerdotalis absque omni periculo queant eligi adstantes benedicendis femina, *Weystände.* Legatur insuper B. MULLERI *Jcti Res. Spec. diff. de sponsalibus sine testibus contract. cap. 1.*

## §. 5.

*Qui defloratam pro virgine duxit ab hoc matrimonio absolvi potest.*

Sponsalia regulariter nuptiæ sequuntur ideoque hic paucis adducere placet, quod is qui defloratam pro virgine duxerit, ab hoc matrimonio, in se nullo, merito absolutionem urgere & impetrare possit, modo hoc ante consummationem matrimonii non compererit, nec postquam de hoc notitiam accepit, uxori ulterius cohabitaverit; STRYK. *Tract. de Diff. Sponsalit. Sect. 5. §. 59. & 60.* SCHOEFFF. *Syn. Jur. priv. ad Tit. ff. de repud. & Divortii, aliique.* Et licet ab hoc jure cummuni Jus patrium non recedat, tamen quoniam specialis de hac causa exstat constitutio, in ordin. consist. Tit. 8. Sect. Wenn einer eine für eine Jungfrau nehme, so vorher von einem andern geschwächet ist, quin hanc constitutionem & hic adducam, nil obstat. Verba constitutionis cuius lecturo, clare parent; Ego tantummodo ex inde has hic appono hypotheses a) quod juxta voluntatem LLatoris tale matrimonium annullari non debeat, nisi factum sit notorium & probatum: probari potest autem hoc factum, non solum si uxor, nuper ducta revera prægnans existat, sed etiam, si vel prolem longe ante ediram fuisse de-

1102

monstretur, vel si testes ad sint qui antea hanc uxorem cum alio in ipso actu venereo deprehenderint, vel si propria confessio ex literis ad priorem amatum scriptis & ab illo iterum receptis appareat. b) tunc solo casu matrimonium non solum annullari, si uxor vel ab alio imprægnata reperiat, vel imprægnatam olim jam fuisse & peperisse probetur, sed etiam tunc si legitime probari possit, illam cum alio carnaliter antea coivisse, imprægnatione licet non infecuta; vocabulum enim in dicta ordin. positum: geschwechet, non solum denotat imprægnationem, sed & solam commixtionem carnalem; Id quod inde ulterius apparet, quod LLator vocabulo: Unzucht, quod fornicationem & quosvis illicitos amores significat, utatur, jam autem a libidine ad imprægnationem non valet consequentia. c) Confistorium, anequam matrimonium hoc pro nullo declararet, omnem navare debere operam persuadendi maritum, ut uxori suæ hoc vitium condoner & matrimonium continuet. Verba ibidem perquam notanter sonant: So die That bekannt oder bewiesen ist, soll abermahlt der Richter erstlich die Versöhnung suchen, die Frau aber soll um Gottes Willen um Verzeihung bitten, und sich zu allem Gehorsam erbiehen, und soll der Mann erinnert werden, daß man auch solchet armen Weiber schonen soll, dann sie können hernach nicht wieder zu Ehren kommen. Item es sey Gott gefällig daß ein Mensch des andern Schande so viel möglich zudecke. Verum quia suavis & consilia, etiam principis, nunquam vim obligandi in se habent, licet impunitatem tribuant & ideo marito integrum sita velit uxorem retinere, (id quod viris honoratoribus prudentia haud permittit) nec ne, quoniam nullitas hæc matrimonii non est absoluta, sed tantum respectu mariti talis; Sequitur d) quod marito, annulationem perseveranter postulante, hanc a confistorio decernendam esse Legislator in §. sequenti tandem sapienter concesserit, addita tantum supra jam adducta limitatione, nisi maritus postea uxori cohabitaverit. Num autem etiam uxor si ei innorescat, mari-

*sufficit jam  
cobabitatio  
imprægnatio  
ne licet non  
fecuta*

*Confistorium  
reconciliati-  
onem tentare  
debet.*

*marito.  
men postu-  
lante tan-  
dem annu-  
lationem  
concedere de-  
bet.*

B 2

tum



*Num idem  
jus habeat  
uxor.*

tum ante sponsalia & nuptias cum alia rem habuisse, dissolutionem matrimonii ex hoc capite impetrare possit? dubium quidem est & inter Dres ventilatur. TITIVS in der Probe des Teutschen geistlichen Rechts *Lib. 4. cap. 4. §. 12.* rem acutem rigisse mihi videtur, dum scribit: Wenn die Braut in der Jungferschaft des Bräutigams geirret, so scheint ihr die Macht abzutreten nicht zuzukommen, weil sie, da ihr die heutigen Sitten nicht unbekandt sind, vermuthlich solches nicht bedungen, cum quo consentiunt STRYK. *tract. de Diss. Sponsal. Sect. 5. §. 1. & SCHOEPFF. Syn. Jur. priv. Tit. de Divort. & repud. n. 10. & 11. ibique cit.* e contrario CARPZ. in *Jurisp. Consist. Lib. 2. Def. 118.* statuit uxorem & hoc casu annulationem matrimonii juste petere posse. Verum quoniam in Constit. nostris hac de re nihil cautum, credo, quod uxor frustra, in nostra patria lites desuper motura sit. Sed hujus questionis decisioni immorari nolo, B. L. ad supra citatos Doctores aliosque v. gr. B. SCHOEPFERI *diss. de Juvenum. Virginum privilegio Cap. II. n. 58. sq.* nobiscum amplissimis consentientis remittens. Legatur ex professo hoc thema pertractans B. GUNDLING *diss. de vulgato dicto, Majorem a feminis quam a masculis requiri castitatem, Hal. 1717.*

### §. 6.

*F. M. varia  
ratione dotis  
singularia  
jura habet, in  
Concursu  
Creditorum.*

Mulieribus nostris Mecklenburgicis multa etiam jura singularia circa dotem competere in apico est, sic enim quoad bona dotalia gaudent hypotheca tacita cum jure prelacionis, gaudent jure retentionis in bonis mariti usque dum dos fuerit restituta &c. Quoniam autem hæc materia & quæ illuc pertinent pluriore, partim in *Diss. inaugur. Beati Doctoris BVRMEISTERN de diverso hypothecarum jure Rossobii 1733. sub illustri presidio CARMONIANO habita, ubi de prelacione priorum corporum ante dotem a §. 22. usque 27. incl. disserit, jam tractata sunt, partim presens commilito, Cl. Dominus Candidatus DUVE in Dissertatione sua inaugurali de Juribus singularibus*



ribus in Megapoli circa concursum creditorum §. 12. tractat & probatum dat a) Mulieribus competere pralationem & jus retentionis in concursu creditorum tantum quoad bona dotalia non reliqua, per *ordin. provinc. P. 1. Tit. 45. §. fin.* b) Uxores una cum maritis concoquentes illata sua in concursu creditorum ex bonis mariti non recipere, per *dict. ordin. prov. cit. loc. §. 1. inf. add. assurances Revers de anno 1621. §. 20. Et §. XI. n. 4. Et 6.* c) doti in concursu creditorum praferri pia corpora & hypothecas consensuatas; jus autem quod uxoribus quoad bona dotalia concessum, non competere sponſæ, quæ sponſo dotem ad instruendas res domesticas prænumeraverat; sed hanc cum dote tantum in quarta classe collocari, d) solam dotis illationem realem sufficere nec versionem probandam esse; quod in feudis dubium; de quo infra: has materias expresso & hic exhaurire superfluum esset; Remitto ergo me ad citatas has duas dissertationes ibique allegatos Doctores & adducta præjudicia brevitate studio,

§. 7.

Indagari quidem hic loci adhuc deberet num bona uxoris marito illata præsumantur dotalia, an paraphernalia & num precise uxori probatio incumbat, bona in dotem expresse data esse? Quoniam autem in constitutionibus provincialibus hac de re nihil cautum, & decisio hujus controversiæ ex jure communi desumenda est, huic tractationi prolixius immorari non placet. conf. interim LUDOV. in *Usu pract. distinct. jurid. Lib. 23. Tit. 3. Dist. 4. STRYK. in Int. Controv. Jur. in Foro cap. 5. §. 38. TORNOV. P. I. Sect. 3. §. 16. p. 533.* qui omnes statuunt, qualitatem dotis ab eo qui in ea se fundat probandam esse. Dantur tamen Doctores qui volunt, bona uxoria non præsumi paraphernalia, sed juxta jura Germaniæ, imprimis Saxoniam, pro dotalibus illata ab uxore haberi, vid. BEYER in *Posit. ad ff. Lib. 23. Tit. 3. in princ. MEV, P. 6, Dec. 66, n. 2. Et P. 7. D. 43. COLER, Dec. 57.*

*Num bona uxoris præsumenda sint dotalia.*

*regulariter  
non censetur  
dotalia*

Optima interim videtur sententia, regulariter, & in Megapoli nostra, bona censeri paraphernalia, non dotalia, quod inde & colligi potest, quoniam in *Ordin: provinc Megapolit: P. 2. Tit. 45. §.* Und wann, tam sollicitè inter bona dotalia, paraphernalia & recepticia distinctum est, eoque ipso usus juris Romani inter hæc bona tam provide distinguentis, & bona non pro dotalibus sed paraphernalibus, habentis, approbatus videtur, nisi aliqua, etiam si minima, emergat præsumtio, unde animus constituendæ dotis apparere possit: e. g. si quædam bona statim tempore initi matrimonii illata esse demonstrantur, licet nulla dotis expresse fiat mentio, modo de alia dote expresse jam constituta nondum appareat. *BERG: Oecon: Jur. Lib. I. Tit. 3. ubi 10.* in pr. *MENOCH: de Præsumpt. Lib. 3. Præf. 8. n. 2. ibique LL. §. num. 13. Abaro. FRITSCH Conf. 24. n. 6. 7. 8. §. 9.* item si uxor marito bona sua tradiderit, hinc illa possederit & alienaverit id. *FRITSCH d. l. n. 13. FINCKELTH. Obs. 118. n. 7. §. 9. ibique LL. §. Dares. plures vide casus apud THOMING Dec. 30. n. 22. seqq. §. MENOCH. cit. præsum. 6. n. 77. uique ad fin. Conf. insuper BARTH. Cent. III. Diss. 220.* ubi autores pro & contra sentientes allegati sunt,

*Jure patrio  
mater ut  
agnati in  
tra 6 septi-  
manas impu-  
beribus tuto-  
res pretere de-  
bent.*

§. 8.  
Quoniam Jure civili matri reliquisque cognatis anni spatium, ut intra illud liberis patre orbatis, tutores petant, præfinitum Jure autem patrio per *Ordin. Polit. de anno 1572. Tit: von Vormundschaften §. und damit hoc tempus valde restrictum & tantummodo spatium 6. septimanarum relictum, eoque ipso Jus commune mutatum atque singulare jus in patria constitutum esse, jam annotavit Jll. Dominus SIBRAND in Disserf. II decades Jurium singularium Mecklenburgicorum exhibente Exemplo IX. Hoc hic loci etiam inserere necessum fuit.*

*Uxores ad  
debita mari-  
ti solvenda*

§. 9.  
Jure communi uxores, ad debita mariti solvenda, propter deficientem bonorum communionem, non adstringi, ne-

mo ignetat, hocque jus in patria, iis locis tantum modo ubi dispositio Jur: Lub: juxta quod communio inter conjuges recepta est, exceptis, in viridi esse observantia, nemo facile dubitabit. Jus autem Lubecense quoad hunc passum in plerisque civitatibus nostris Meeklenburgicis, & in specie Sverini inter cives municipales sive qui jurisdictioni Magistratus civici sub sunt, receptum & juxta hoc conjuges in communione bonorum esse, atque debita alterius conjugis, si matrimonium improle non adfit, solvere adstringi, quotidiana docet experientia, de hac materia plura legi possunt *art: 5. 6. & 7. Tit. 5. Lib. I. Juris Lubec. ibique MEVIUS* quo me refero.

*non venientur  
Jure Rom.  
vero tamen  
jure Lubec:  
quod in pa-  
tria quoad  
hunc passum  
receptum est.*

Multis hoc firmare possem præjudicatis, sufficiat tamen hoc unicum adduxisse, quod in causa Rogmanscher Creditorum contra Rogmans Ehe Frau sequentem in modum, contra hanc pronovitatum est in Cancellaria Sverinensi anno 1730. die 21. Septembris. his verbis: *des gemeinschaftlichen Schuldners Ehe: Frau aber wird mit der wegen ihrer illatorum interveni-  
endo gemachten Ansehung ab und die sämblliche Gläubiger zugleich mit ihrem M. anne zu befriedigen angewiesen.*

§. IO.

Pariter etiam Jus Lubecense, quoad materiam successio- nis, inter cives municipales, in plerisque civitatibus, im- pnis Sverini receptum esse, quilibet in foro aliquantis per ver- tus, fatebitur, & juxta hoc jus receptum, pro diversitate cir- cumstantiarum, portionem statutariam consequantur vidua: Si enim ex illo matrimonio, quod jam morte solutum est, liberi existant, vidua annuum pronubum præcipuum habet, reli- qua bona, & mariti & uxoris, seu communia. *SPRYK: de  
S. A. I. Diff. 4. Cap. 3. §. 6. inter matrem & liberos divi-  
duntur, ita ut mater integri semissem omnium bonorum,  
liberi vere alterum semissem capiant artio. III. Tituli 2. P. 2.  
Jur. Lub. ibique MEVIUS.* Si vero liberi non existant, vidua bona que marito attulit, si tantum in hujus hæreditatibus sit, præcipit.

*Jus Lub. in  
materia por-  
tionis statu-  
taria inter  
conjuges in  
Megapoli ce-  
ceptum est.*

cipit, & reliqua bona cum mariti heredibus aequis partibus dividit: *artic. XII. d. I. Jur. Lub. ibique Beatus MEVIUS*, qui amplissimis legendus. Et juxta hanc Juris Lubecensis dispositionem bona Timmermanniana, Spieringiana, Weiskopffiana & alia inter viduas & liberos divisa esse adhuc memini, & quia duo actus ad probandam observantiam sufficient, B. DN. SCHARFF. *Consult. 82. n. 93.* nemo de observantia hujus dispositionis Jur. Lub. dubitabit.

## §. II.

*De portione  
conjugum etiam  
juxta  
Ordin. Polit.  
Megap.*

Cum hac Juris Lubecensis dispositione & ordinatione nostra politica aliquatenus convenire videtur, nam Tit. von Erbschaften §. wie aber Ehe-Leute &c. legimus: Wie aber Ehe-Leute einander erben und was eines nach des andern Absterben aus denen Gütern bekommen, und was des verstorbenen Theils Freunde, darvon behalten sollen, damit soll es nach einer jeden Stadt und eines jeden Orts Landes-Gesamtheit hinfürder gehalten werden. Insonderheit aber soll durch die Obrigkeit und Vormünder gute Achtung gegeben werden, daß die Kinder zum wenigsten den halben Theil aus denen Väterlichen und Mütterlichen Gütern bekommen mögen. Ex his verbis Practici concludunt, quod & in Civitatibus, ubi Jus Lubecense receptum non est e. g. Gustrovii uti mihi relatum est, secundum alleg. Ordin. Polit. divisio inter superstitem conjugem & liberos sive his deficientibus alios heredes ita fiat, ut superstes conjux dimidiam partem bonorum communium & liberi sive alii heredes reliquam dimidiam consequantur. Idem & Parchimi observari & communionem bonorum inter conjuges etiam in matrimonio improli receptam esse, ex ore viri cujusdam illustris et consultiissimi, nec non in praxi, juribus & consuetudinibus patriæ versatissimi, & cujus dictis plusquam oraculo confido, audivi. Et licet dubium videri possit, num ex citata Ordin. Politica recte fluat, communione consequi debere, attamen consuetudinem ordinationem

nem

nem politicam ita dudum interpretari idem vir inclytus me docuit, neque, ut dissertationi meae infererem commovit, sive potius, quoniam voluntas ejus mihi pro lege & imperio est, iussit. *Dn. PRÆSES* qua reliquas urbes Megapolitanas, per inductionem offert vivas decisiones ex Actis Facultatis, quo nimirum constet, ubinam Jus Lubecense integraliter receptum: Ubi quidem non plane receptum, attamen communio bonorum inter conjuges datur: Et præsertim nuper versus Luebz deduxit; An præsumtio sit pro receptione Juris Lab in civitatibus Meckl. id quod negavit, unquam probatum fuerit quosdam passus Jur. Lub. obtinere.

## CAPUT. II.

### *De Fœmina Mecklenburgica Feudali.*

#### §. I.

**S**ub generali rubro & appellatione fœminarum me etiam *Transitus.* fœminas nobiles virgines, maritatas & viduas, complectere, in ingressu jam notatum est, ideoque de his pauca allaturus sum.

#### §. 2.

De virginibus jam actum est in Diss. sub præsidio B. *De Virg. Nob. Meckl.* MÜLLERI in hac alma patria sub initium curvantis seculi à genevo-  
fo *Dn. de LAUTZOW* habita, ubi, postquam cap I. generalia præmissa sunt. cap. 2. de jure Virg Nob Meckl circa feudum, sive, de jure singulari, vi cujus virgines nobiles usufructum feudi ad dies vite consequuntur & cap 3. de dote alimentis & reliquis virgine Nobili ex feudo præstandis erudite egit; Pariter de fili à nobili usufructuaria Mecklenb ante biennium, dissertationem his diebus auctiori apparatu reculam PRÆSES exhibuit. Qui hæcæ dissertationes sedulo persequaritur, collatis insimul hac de materia tractationibus B TORNOVII in *Tr. de Feud. Meckl. P. I. Cap. 3. Sect. 3. P. 531. seqq* &

C

ante

ante p. 212. seqq primo intuitu advertere poterit, nihil fere mihi ibidem relictum, quod nondum tractatum sit; Ne tamen quid hic omitatur quod ad præsentis Dissertationis materiam necessario pertinet, indicis instar tantummodo hic recensere theses a nominatis jam viris ex professo tractatas, proprias tamen inferendo meditationes.

## §. 3.

*Nam dos non  
nisi deficien-  
te allodio  
competat.  
Virg. nobil.*

Dotem virginibus nostris Meekl. ex feudo non nisi deficiente allodio deberi asserunt, de LAUTZOW in *Diss. cap. 3. n. 8.* & TORN. *P. I p. 515.* & uterque porvocat ad verba §. 27. *Reversal. provincialium de Anno 162.* quæ ita se habent: zum Fall auch einer Erb- Jungfrauen Vater nicht so viel an Vaarschafft und allodial Güthern auf seinen Todes-Fall hinter sich verlassen würde, daß sie davon gebühlich ausgesteuert werden könnte, so soll ihr der Brauschaff ex feudo pro quantitate ejusdem weniger nicht und unerachtet ihren Genießbrauchs abgerichtet und gefolget werden. Distinguerem autem hic necessario observantia jubet, inter virginem nobilem quæ cum fratribus concurret, & ideo ad usumfructum feudi non admittitur, & inter aliam, quæ non existentibus ex patre filiis, usumfructum feudi consequitur; De posteriori casu tantum citat. §. loquitur ibique statuitur, quod non nisi deficiente allodio ex feudo dotanda sit filia; De priori autem casu nulla existat, quantum scio, constitutio provincialis. Et cum in hisce casibus merito ad jura provinciarum vicinarum, utpote Pomeraniæ & Marchiæ, quorum feuda cum nostris ut plurimum eadem habent jura recurrendum est, in Pomerania autem recte MEVIO *P. 3. D. 303.* & in Matchia juxta STRYK. *Ex Jur. feud. cap. 21. qu. 24.* non tantum ex allodiali hereditate, licet hæc per quam ampla sit, sed insimul ex feudo dotem consequuntur filiæ, etiam in Megapoli dotem, ex feudo, licet allodialia bona ad sint, filias consequi, recte dici posset, id quod etiam vel exinde pro-

probari potest, quoniam debitum Vasalli ad elocationem filiarum contractum à successoribus feudalibus, non autem heredibus allodialibus exsolvendum est, licet ampla ad sit hereditas allodialis ideoque dotatio filiarum non sit debitum subsidiarium, sed principaliter ex feudo simul debeatur. Conf. CARPZ P. 2. *Const* 46. *def.* 13.

Et licet jure communi feudali Longobardico ex feudo tantum in subsidium dos filiabus debeatur, attamen sententiam non muto, feudorum enim nostrorum natura non ex jure feudali Longobardico sed ex pactis peculiaribus petenda, & hæc pacta multo antequam Jus Feud. Longob. innotuit, sunt inita ideoque declaratio nostrarum consuetudinum feudalium infelicitate ex jure feudali Longobardico desumitur. Dn. de BERNSTORFF. *Diss. de singularibus feudorum Mecklenburgicorum juri- bus, sub Praesidio Dn. ENGELBRECHTII Helmstadii 1713. habita Sect. 2. §. 7.*

Et si quis instare vellet, cur filia, cum agnatis aut Domino directo concurrens, ex feudo non nisi in subsidium dotem consequens, plus juris habere debeat, si cum fratribus concurrat? Brevibus respondeo, magnam subesse differentiae rationem; si enim non existant filii, filiae usumfructum feudi & sic jam satis ex feudo consequuntur sunt, adeo ut amplius ex feudo, quam allodio deficiente, dotem petere nequeant; Si autem existant filii, nullum plane beneficium ex feudo consequerentur filiae si dotem simul non ex illo perciperent.

§. 4.

Dotem juxta quantitatem feudi filiabus constituendam esse ex cit. §. 27. des assurances reversus de Anno 1621. dubium non est TORNOV. d. l. §. 10. Dn. de LAUTZOW. d. l. §. 4. 199. sed cum adhuc obscurum maneat, quid filiae ex feudo, habito respectu ad quantitatem feudi, loco dotis imputaturae sint, non potuit non fieri, quin in varios errores delabantur interpretes. Autor des projects des Mecklenb. Lehn-

*Quanta sit dos quam virgin Nob. percipiunt.*

C 2

Rechts

*Sententia autorum des M. p. 31.*

Nechts Tit. 8. art. 7. item autor sic dicti alten Mecklenburgischen Lehn-Nechts cap. 26. statuunt, quod juxta pretium feudi 5 pro centum & 50 pro mille filiabus loco dotis dari debeant. Verum prouti neutrum horum jurium compilatorum vim legis unquam obtinuit, ita nec hæc sententia, virginibus Nobilibus nostris valde inuisa, in praxi & observantia invaluit. Alii, quos citat. *TORN. d. l.* aliter sentiunt, quod scilicet juxta le-

¶ *Tornovii*

*Dos juxta legitimam computari non potest.*

gitimam quantitas dotis sit dimensuranda, & ipse *TORNOV.* licet diffiteri non possit, legitimæ rationem in feudo non habendam esse, idem sentit, quod schema ab eo propositum satis commonstrat, dum cuilibet filiarum semissem porti nis ab intestato debite assignat; Verum & hoc minus recte se habet, computatio enim dotis ad rationem legitimæ iniuri non potest, cum ex feudo nulla debeatur legitima *LINDEMANN Excerpt. Feudal. cap. 5. §. 36. STRYK in Ex. Ju. F. Cap. 21. qu. 26. MEV. P. 3. D. 364.* Vexatissima igitur videtur hæc questio, quoniam leges in hoc passu deficiunt, nec unquam illam in Judiciis ad finem usque & sententiam ventilatam esse veterani practici testantur; Erit ideo observantia extrajudicialis in subsidium vocanda. *Dn. de LAUTZÖW cit. loc. §. 8.* scribit: *Feudum sepius minoris aestimari solet, quam revera valet & ali-*

*Quid b. c. juxta observantiam obtineat.*

*quando filii singuli præ filiabus duplam capiunt partem.* Et ita non aliquando sed fere semper in Ducatu nostro divisionem bonorum inter filios filiasque fieri Practici Excellentiores & in negotiis tam judicialibus quam extrajudicialibus versatissimi & Consultissimi me docuerunt, scilicet bona feudalia ab allodiis ut plurimum non separari, sed unam massam ex illis constitui. & bona feudalia infra verum pretium aestimari, & quod tunc ex omnibus hisce bonis, deducto ære alieno reliquum est, ita dividi, ut filiorum quilibet duas partes, filiarum autem unam partem accipiant, & ita etiam adhuc nuperrime divisionem bonorum paternorum inter filium filiasque *B. Domini de BERNERN* factam esse, compertum est. Si autem ampla adsint bona allodialia, ex allodialibus solvitur primum omne æs alienum, quod

ex



ex his superest inter filios filiasque equaliter dividitur & ex feudo infra verum pretium aestimato nihilominus filiarum quaelibet dimidiam tanti, quantum filiorum quilibet consequi potest, percipit, ita tamen ut filio ultra duplam & aliquid præcipuum maneat, & ita ante aliquot annos divisionem inter filios filiasve B. Dn. de DEGINCK de Zafchendorff factam esse audivi. Certum tamen est, in tota hac materia nihil certi propter deficientes constitutiones patrias & consuetudinem uniformem, constitui posse, sed totam causam simpliciter iudicis arbitrio, si lites desuper oriantur, committendam esse. confer. interim & MEVIUS *cit. Dec. 36a.* ubi circa finem attestatur dotem ex feudo ita constitui, ut filiis nec non agnatis duplo major maneat pars. Meus Dn. Praeses mihi commonstrat, quod stylus Facultatis in Academia patria ad consultationes super hunc casum frequentissimas semper his meis assertis, & iudicio laudatorum practitorum fuerit & sit conformis. Novissime ad virum Illustrem datum Responsum amplissimum mihi exhibuit, & quod hoc ipso mense ad casum nondum expeditum a Practico celebratissimo Gustavovensi missum conformiter responsurus, mihi in lineamentis obtulit.

§. 5.

Licet Patri in determinanda filiarum dote paulo liberior *Si pater dote filiius* facultas respectu liberorum competat, ideoque filius in feudum *promiserat,* succedens, sorori quantitatem a defuncto parente promissam *hanc præstare teneatur* dotis nomine dare teneatur, agnatus tamen ad eandem quam prædecessor dare promiserat vel voluerat dotis quantitatem non *filii, non vero* obligatur. MEV P. 5. D. 366. TORN. d. 1 p. 528 de LAUTZOW *agnati.*

§. 5. & 7. nec minus regulariter, reliquis filiabus nondum elocatis, a successore feudali eadem, quæ uni jam elocatae filiae dederat Pater, quantitas, loco dotis debetur. nisi valor feudi post elocatum unam filiam imminutus vel etiam auctus sit, nam illis casibus determinatio dotis juxta tempus elocationis reliquarum filiarum fieri debet, de LAUTZOW d. l. §. 6. *conf. CARPZ. P. 2. Const. 46. def. 19.*

C 3

Dotis

## §. 6.

*Dos ante nuptias filiabus solvi non debet; adduntur tamen limitationes.*

Dotis debito inesse conditionem, si nuptiæ sequantur, & ideo virginem nobilem ante nuptias mortuam, nec ab intestato nec ex testamento hanc dotem speratam ad heredes transmittere, nisi dotem in vicem legitimæ filiæ reliquerit pater, vel nisi feudi successores filiabus nondum nuptis usuras dotis & elocationis ex feudo debitæ solvant, nam hoc casu purum debitum videri, cum debiti conditionalis non debeantur usuræ, jam annotarunt. *Dn. de LAUTZAU d. l. §. 9. TORN. d. l. §. 15. TITIUS im teutschen Lehn- & Recht cap. 18. §. 51.* Quibus unicam tantummodo superaddere lubet limitationem, nisi non tantum ex feodalibus, sed simul ex existentibus allodialibus dos filiabus constituenda sit, hæc enim portio allodialis, quoniam non sub conditione, sed pure statim post mortem patris deberi inceptit & dies etiam venit, ad heredes transmittitur.

## §. 7.

*Quis dotem numeratam uxore mortua consequatur.*

Numerata igitur dote & uxore post hæc mortua quis dotem ex feudo datam tunc consequatur, non eadem omnium est sententia. Si uxor post se liberos reliquerit, nullum est dubium, hos dotem ex feudo avi profectam consequi; sed si improlis mortua sit, tunc dotem & quicquid elocationis nomine datum sit, in feudum reverti statuit *Dn. de LAUTZOW d. l. §. 10.* & Autor des projectis des Mecklenburgischen Lehn- & Rechts Tit. 18 art. 3. Verum minus recte hoc statuitur; Nam certum est quam quod certissimum, dotem simul ac conditio quæ debito dotis tacite inerat, si sc. nuptiæ secutæ essent, existit, id est simul ac nuptiæ secutæ sunt; uxoris proprium patrimonium in ejusque dominio esse, *TORNOV. d. l. §. 16. in fine* & ad uxoris heredes nisi aliud expresse conventum sit, transire, nec illuc recidere unde profecta erat. *L. 9 C. de pact. convent. tam. sup. dote. quam sup. don. ant. nupt. Et. L. un. §. 13. C. de Rei ux. act.* certum etiam est, nullibi extare legem, quæ dotem

dorem in feudum reverti velit, nisi dos a patre profecta sit, & uxor sine liberis decesserit paterque ad huc vivat. *L. 6. pr. de jur. dot. III. WERNH. P. 5. select. observ. 115.*

Ideoq̄ rectius dicendum est, uxorem de dote ex feudo ac-  
cepta, mortuo parente & deficientis prole, libere disponere, &  
dorem in casu intestati ad quoscunque heredes transmittere.  
Consentit mecum B. TORN. *cit. jam loco.* Concordat, teste-  
meo Præsidente, stylus Facultatis hujus Almæ, Prouti interim, uti  
jam dictum, patri facultas competit filiarum dotibus hanc vel  
illam præscribere legem, ita etiam in Megapoli nostra sæpius  
evenire compertum est, quod patres filiabus suis potestatem de  
dote libere disponendi adimant, sic etiam nuper & quidem  
Anno 1730. hoc factum esse certe scio a Viro illustri B. Dn.  
de P. qui filiarum dotibus in Testamento suo condito hanc ad-  
diderat legem, quod de dimidia dotis filia si matrimonium im-  
prole foret, libere quidem disponere possint, reliqua autem di-  
midia ad feudum recidere debeat.

§. 8.

Præter dorem ex feudo virgines nobiles Mecklenburgi.  
cas alimenta condigna fructus a patre perceptos & meliorati-  
ones ab eo factas consequi Dn. de LAVTZOW in sæpius lauda-  
ta Diss. §. 13. seqq̄ jam notavit, ideoque me illuc refero: Et  
postquam de Virgine Nobili quæ cum fratribus concurrat  
ad usufructum feudi adspirare nequit, quædam allata sunt,  
paucissimis tantummodo adhuc de usufructu nobilibus vir-  
ginibus competente acturus, sive potius quæ Dn. de  
LAVTZAV in Diss. de Virgine Nobili Mecklenb. cap. 2. &  
Dn. TORNOV. de F. M. Cap. 2. sect. 2. a §. 26. usque 38.  
incl. jam solide exposuere hic ordinis gratia tantummodo re-  
capitulaturus ero, Simul respiciens ad mei PRÆSIDIS *diss. de  
filia nobili usufructuaria Mecklenburgensi.*

§. 9.

Antequam tamen hoc fecero, placet inserere Textum il-  
lustrantem ex Constitutione Regia Neo-Marchica d. 1724. Ita  
autem

Welcherge  
stalt die por  
tionis der  
Töchter de  
terminiret  
und ausge  
rechnet wer  
den sollen.

aurem Auit §. 71: Bey determinirung dessen, was die Töchter haben sollen, soll die proportion allemahl dergestalt genommen werden, daß 2. Nthl. auf einen jeden Sohn, und 1. Nthl. auf eine jede Tochter gerechnet werden: e. g. wann der Wehrt eines adelichen Guts, deductis deducendis, sich auf 20000. Nthl. erstreckte, und ein Sohn und eine Tochter verhanden wäre; So würde solcher Wehrt in drey Theile, nemlich der Sohn davon zwey Theile, nemlich 13333. Nthl. 8. Gr. behalten, und die Tochter einen Theil, nemlich 6666. Nthl. 16. Gr. empfangen. Wären zwey Söhne und eine Tochter verhanden, würde der Wehrt des Guts in fünf Theile gethelet, davon einem jeden Sohn zwey Theile und also 8000. Nthl. beyde zusammen 16000. Nthl. der Tochter aber ein Theil und also 4000 Nthl. gegeben werden. Wären zwey Söhne und zwey Töchter, so würden sechs Theile gethelet, ein jeder Sohn davon zwey Theile und also 6666. Nthl. 16. Gr. beyde zusammen 13333. Nthl. 8. Gr. behalten, eine jede Tochter aber einen Theil, nemlich 3333. Nthl. 8. Gr. beyde zusammen 6666. Nthl. 16. Gr. zu empfangen haben. Wären ein Sohn und zwey Töchter, würde der Wehrt mit 4. gethelet, davon dem Sohne zwey Theile, nemlich 10000. Nthl. einer jeden Tochter aber ein Theil, nemlich 5000. Nthl. beyden zusammen 10000. Nthl. gelassen.

Nach welcher proportion bey allen übrigen vorkommenden Fällen weiter gerechnet werden kan, also daß er vor einem jeden Sohn zwey Theile, und vor eine jede Tochter ein Theil gethelet werden.

Weil aber, wann vier Töchter und ein Sohn, oder acht Töchter und zwey Söhne verhanden, die portiones derer Töchter auf 13333. Nthl. 8. Gr. und also auf zwey tertias der 20000. Nthl. sich betrauffen; So müssen die Töchter, wann deren auch mehr wären, sich damit begnügen lassen.

Com.

§. 10.

Competit hoc jus singulare sive usufructus in feudo <sup>Cui competat hic usufr.</sup> paterno filiabus nobilibus, nuptis sive innuptis, etiamsi pater domicilium in hoc territorio nunquam habuerit, vid. affecurationis revers: de anno 1621. §. 17. inf. *Dn. Præses post. 10.* non stupratis, per expr. textum *Ord. Polit. Meg. de anno 1572. Tit. 4. §. und sollen TORN. d. l. §. 26.* si scilicet tempore mortis non adsint, *de LAVTZAW. d. c. 2. §. 12.* nec sperentur filii, posthumo enim postea nato, quia hic, quoties de ejus favore agitur, pro jam nato habetur, filia omnino cedere debet; licet contrarium statuat *Dn. de LAVTZOW d. l. n. 51.* <sup>si possib. mus nascatur filia cedere re debent.</sup> Si autem filius tempore mortis patris adest, licet paulo post etiam decedat, attamen filia non admittuntur, quia verior est sententia, quod filia, semel exclusa, semper pro exclusa habenda sit *TORN. d. l. p. 216.* Dissentit quidem *Dn. de LAVTZOW d. l. n. 52.* Verum contrarium magis placet, quia hereditas paterna in momento mortis absque additione, salvo licet abstinendi jure, in liberos, præsertim suos, ipso jure defertur, & filius heres existit etiam antequam hereditati se immiscuerit, adeo ut a patre delatam hereditatem in heredes rursus deferat §. 3. *J. de Hered. que ab intest. defert. HOPP. ad §. 2. J. de hered. qual. & diff. L. 14. ff. de suis & legit. hered. STRYK. ad Laut. Tit. de acquir. vel omitt. hered. ad verba: quoad effectum:* Si igitur post mortem patris etiam filius statim decesserit, bona, quæ tunc remanserunt, non amplius patris, sed filii bona dici possunt: cum autem soror in feudo a fratre relicto usufructum non habeat cons. *Proj. des M. L. N. Tit. 7. art. 18.* Ergo, simul ac feudum ad filium devolutum, filia exclusa censetur, & feudum ad agnatos defertur. Idem statuit *Dn. de Bernstorff. in cit. Diss. sect. 2. §. 23. in fine & Dn. PRÆSES pos. 14.* Si plures adsint filia, hæ simul juxta capita, & si ex prædefuncto filio alia virgines nobiles concurrant, hæ cum patris sororibus jure repræsentationis in stirpes

D

ad

*si una ex filiabus usufructuarius debeat in quem hujus portio devolvatur?*

ad usufructum feudi aspirare possunt. conf. Proj. des M. P. d. l. & si una ex filiabus huius usufructuarii debeat, in quem tunc eius portio devolvatur, de eo clara existat dispositio in cit. allec. Rev. §. 27. ibi. Demnach setzen und ordent wir, daß die Erb-Zungfern, wenn Sie ihre Vatern Lehn ungetheilet und pro indiviso gebräuchet und genießten, einer der andern succediren, hätten Sie aber die Lehn unter sich getheilet, der verstorbenen Antheil an die nächsten Agnaten und Lehns-Träger, oder an uns den Lehn-Herrn nach gestaltem Sachen respective verstimmen und fallen soll. *de LAVTZOW d. h. n. 62. Dn. de BERNSTORFF d. l. §. 24.*

§. II.

*In quo jus usufructuarius consistat ex Const. parria satis clarum.*

In quo autem jus hoc singulare filiabus nobilibus competens consistat? quomodo feudo uti frui, quid inde accipere & prestare debeant? satis clare dispositum est in cit. Reecessu provinc. §. 27. ideoque suffecerit loco ulterioris tractationis, quoniam dulcius ex ipso fonte hauriuntur aqua, hic tantummodo verba dispositiva transcripisse, quae sic sonant: Weil auch zum 27ten wegen der Erb-Zungfrauen, und wie weit sich derselben erlangtes privilegium erstrecke, eine zeithero viel Streit und Zwung vorgegangen, als haben Wir, auf unserer getreuen Ritterschafft selbst eigenes unterthänigstes Gutachten, die Sachen dahin verabscheidet, daß die Erb-Zungfern die ihnen angefallenen Lehn-Güter Zeit ihres Lebens frey, ungehindert jemandes, doch allein jure usus fructus inne haben, nutzen und genießen mögen.

Zum Fall auch einer Erb-Zungfrauen Vater nicht so viel an Bahrschafft und allodial Güthern auf seinen Todesfall hinter ihm verlassn würde, daß sie davon gebühlich ausgeteuret werden könnate, so soll ihr der Braut-schaz ex feudo pro quantitate ejusdem weniger nichts, ungeachtet ihres habenden Nießbrauches, abgerichtet und gefolget werden. Doch sollen die Erb-Zungfrauen die einhabende Lehn weder ganz noch zum theil

theil zu alieniren zu veräußern, oder auch zu deterioriren und zu verringern, und das harte Bau- und Mast-Holz weiter denn zu des Lehns scheinbaren Nutzen und Frommen zu verbauen kein wegcs bemächtiget, oder dem Lehns folger auf dem einen oder andern Fall allen erweislichen Schaden und Nachtheil zu erstatten, auch die Gebäude unter Dach und Schwelle im guten Wesen zu erhalten schuldig und verpflichtet seyn. Die auf dergleichen Lehen auf Ableben des Lehn-Manns haftende Schulden, daferne dieselben von des Verstorbenen Nachlaß nicht bezahlet werden können, sollen von denen Erb-Zungfrauen so lange sie sich ihres privilegii gebrauchen, gebühlich verzinst seyn, aber die Haupt-Summa von denen Lehns-Folgern endlich wieder erlegt und bezahlet werden.

Wann von denen Erb Zungfern in dem Lehen-Gute dergleichen Besserung angerichtet werden, die dem Lehns-folger zu besondern Nutz und Frommen gereichen können, so sollen ihr oder ihren Erben dieseibige nach billiger Ermessung zum halbschied, was aber der Vater in dem Lehn gebauet und gebessert, gar nicht sekundäret und wieder erstattet werden. Es soll aber eine Erb Zungfer gar keine neue Gebäu ohn vorwissen der Lehnsfolger anzurichten bemächtiget, oder dafür keine wiedergeltung gewärtig seyn &c.

Si quæ de hac materia quaestiones restarent, hæc jam uberius a Domino *PRÆSIDE* in *sapius allegata Dissert. de Filia Nob. usufr. Megap.* præsertim in nova editione, & a Domino *de LAUTZOW* in *citata Diss. de Virgine Nob. Meckl.* nec non a *B. TORNOVIO* in *Tract. de Feud. Meckl. citato superius loco.* pertractata & solide enucleate sunt, & ne acta rursus agam, ad hæc eruditas tractationes me remitto, & de virginibus nobilibus ad viduas Nobiles memet converto.

§. 12.

Viduas igitur nobiles Mecklenburgicas ex feudo mariti *Vidua nobili* portionem statutariam, de quo infra, dotalitium, & lucrum five

*accipit Dotalitium, quod est debitum extraordinarium & non nisi ex pacto debetur*

*requiritur dotis illatio & versio. Versio praesumitur*

*quando mariti confessione dotis illatio probatur.*

*Dotalitium promissum debetur, si vidua docens*

augmentum dotis die landübliche Verbesserung, postulare posse nemo est qui ignorat. Dotis lucrum est ergo debitum ordinarium, quod etiam sine pacto ex consuetudine viduae exigere possunt; Dotalitium vero est debitum extraordinarium, quod non nisi ex pacto debetur, TORNOV. P. 1. p. 450. Et cum, uti jam dictum, Dotalitium hoc ex pacto debeatur, sequitur, normam pactorum, praepositis si haec consensu domini & agnatorum munita sint, exacte observandam esse, per Revers. prov. de anno 1621. §. 28. ibi. Es wäre dann, daß in den Heyraths- und Witthums-Beschreibungen, so mit Fürstl. und Vetterlichen Consens aufgerichtet ein anders versehen und enthalten, dabey es denn billig sein bevenden hat &c. quod si duplicatae promissae sint usurae, non nisi has etiam deberi, si autem quadruplicatae & has praestandas esse. Agnatos autem & dominum directum quadruplicatas praestare non debere, nisi dos simul absorbeat, vel nisi hi in tale pactum consenserint. Quo autem dotalitium promissum peti possit, requiritur dotis illatio & versio in feudum. STRYK in E. I. F. cap. 21. qu. 10. Versio praesumitur si modo realis illatio probata est, TITIVS in E. L. N. cap. 19. §. 23. TORN. cit. loc. p. 478. Beatus Dominus SCHARFF J. C. patris celeberrimus Consultat. 82. n. 121. Illatio autem dotis & haec dici potest, si uxor nomina in dotem dederit & maritus usuras perceperit TORNOV. P. 1. p. 476. Et dotis illatio satis probatur mariti confessione, si scilicet hujus heredes allodiales, vel, qui iis fere aequiparantur, filii in feudum succedentes, dotalitium praestare debeant, si autem dominus directus vel agnati adsint, contra hos sola mariti confessio non sufficit, sed aliae insuper requiruntur probationes TITIVS d. l. §. 24. quae probatio quomodo confici possit, videatur TORNOV. proxima cit. loc. §. pag. 477.

### §. 13.

Si autem dotalitium promissum, licet dos realiter non fuerit illata, attamen hoc deberi, si vidua dotem cum usuris offerat,



ferat, si vero nullum promissum sit dotalitium, & hoc viduam <sup>cum usuris</sup> perere non posse, etiamsi dotem cum usuris offerat, tradunt <sup>offerat.</sup>  
**TITIVS** *cit. l. §. 25,* & a **TORNOVIO** *p. 481. cit. STRUV.*  
**CARPZ,** & **RICHTER.** Dotalitium hoc morte viduæ æque <sup>Dotal. morte</sup> ut alium usufructum expirare tritissimi est juris; Imo licet <sup>vidua</sup> regulariter dotalitium vidua ad secunda vota transiens non amittat, **TITIVS** *cit. loc. §. 37.* id quod alii ex professo negant in Patria tamen ut singulare quid notandum est, dotalitium hoc, nisi aliud pacto, consensu domini & agnatorum <sup>h. c. tamen</sup> nito, cautum sit, expirare, si secunda vota placuerint viduæ, <sup>secunda vota</sup> <sup>transseat ex-</sup> <sup>spirat.</sup> wenn sie ihren Wittwen = Stuhl verrückt. Hoc casu <sup>h. c. tamen</sup> tamen dotem ejusque additamentum, ex feudo consequi <sup>dotem & hujus</sup> tur vidua, per expressum textum in §. 28. Revers: provinc: <sup>lucrum con-</sup> de anno 1621. qui ut hic transcribatur, non piget. <sup>sequitur</sup> Das auch fürs 28te die verwittwete Edel = Frauen, wenn sie zur andern Ehe schreiten, ihren einhabenden Wittthum gegen Erstattung des eingebrachten Ehe-Geldes Besserung und was dem anhängig den Lehn-Folgern cediren und abtreten, erachten wir den Rechten und herkommenden gemäß; Es wäre dann das in der Heyrathes- und Wittthums-Verschreibung, so <sup>si pacto ali-</sup> mit Fürsil. und Vetterlichen Consens aufgerichtet, ein anders <sup>ud cautum.</sup> versehen und enthalten, dabey es dann billig zu lassen. Dotalitium quomodo in concursu consequatur vidua, de eo sequenti §. 17. pluribus agam.

§. 14.

Si dotalitium constitutum non est, vel etiam vidua <sup>Vidua com-</sup> hoc acceptare nolit, eidem enim competit electio, <sup>petit electio</sup> **17. Tit. 12.** des projectis **M. L. N.** ibi: da aber der Mann <sup>an dotaliti-</sup> seiner Ehe-Frauen gar kein Leib-Geding vermacht oder ver- <sup>um vel aug-</sup> <sup>mentum dotis</sup> sprochen, oder auch die Frau das vermachte oder zugesagte <sup>acceptare ver-</sup> Leib-Geding anzunehmen Bedenken hat, und an dessen <sup>lit.</sup> Staat die Ihr nach Landes-Gebrauch gebührende Frauliche <sup>Lucrum do-</sup> Gerechtigkeit wehlen wolte, &c. <sup>dotis sine pacto</sup> ex bonis mariti etiam sine pa-

D 3

*ex consuetudine viduae debetur. denominationis huius debiti legalis*

*errores ex denominatione lucri orti,*

*debitum hoc simpliciter lucrum non est.*

Et præcedente juxta constantem consuetudinem petere potest, ut sibi quantitas quædam, quæ est dimidia dotis, assignetur, ut ex hac ad dies vitæ fructus percipere possit. Dicitur communiter in constitutionibus provincialibus e, g. in Ord. Dicast. prov. P. 2. Tit. 45. *Landübliche Besserung*, vel etiam alibi *Besserung*, in §. 28 Revers. prov. dicitur etiam e, g. nach *Landes Gebrauch gebührende Fräuliche Gerechtigkeit* in cit. art. 27. des Projectts. Latino sermone illud appellant lucrum dotis, vel etiam, dotis augmentum: utraque tamen appellatio magnas in foro peperit lites, qui enim illud lucrum appellant, simul ideam veri lucri assumserunt, & omnia, quæ in Jure Romano de lucro constituta sunt, ad hoc debitum legale applicarunt, e. g. quando jus Rom. lucra pro odiosis reputat & ideo statuit odiosa potius esse restringenda quam extendenda, succurrendum potius de damno vitando quam de lucro captando certantibus, lucrum non esse, nisi deducto ære alieno & quæ sunt similia, & de lucro nostro statuario legali non veriti sunt asserere, hoc lucrum esse odiosum quid ideoque potius restringendum, omnes creditores, quoniam hi de damno vitando certant, præferri viduæ de lucro captando laboranti, & sic porro; Cum tamen lucrum hoc *Die Besserung* simpliciter & absolute lucrum non sit, sed dotis redhostimentum & compensatio, quando enim lucri & damni in utramque partem æquabilis proportio, & lucrum & damnum æquabili sortis humanæ indicio & arbitrio expositum est, tunc neutra pars lædi & neutra pars aliquid lucrari videtur, sunt verba COTHMANNI Vol. 2. R. 92. n. 33. §. 34. Consentiant moderni Jurisconsulti, Rostoch. ita enim verba Responsi mihi a Dn. Præside exhibiti A. 1732. dati fluunt: *Demur ob disjunctum lucrum in seiner Lateinischen Benennung zwar sehr anstößig, in betracht derer de damno vitando certantium creditorum, scheint; So muß man doch die Wörter nimmer captiren, sondern, besonders disjunctum wohl erwegen, daß man disjunctum unbehutsam so genandte lucrum in teutscher Sprache*

che eine Landübliche Verbesserung meinet, und daß es sein fundament nicht etwan in der accidentellen Liebe oder dem Wohlgefallen des Ehe-Mannes, sondern in dem Land-Lehn-Rechte selbst ohne jedesmaliger Zusage oder pactis, findet; weßfalls es den einige Jcti auch ein beneficium ordinarium heißten. Und so schreibet es sich ursprünglich daher, daß die Lehn-Güter durch den Ehe-Erbschaft, unwidersprechlicher Vermuthung nach, verbessert werden &c. vid omnino *Med. P. VII. Dec. 129.*

§. 15.

Qui autem augmentum illud vocarunt, ad alterum pro-  
 lapsi sunt extremum, dum statuunt, augmentum hoc cum  
 dote paria habere privilegia, paremque prælationem, im-  
 memores plane, quod augmentum dotis Jur. Rom. nihil aliud  
 sit, quam, quando constanter matrimonio uxori quædam bona  
 obveniunt, quæ supra dotem jam antea constitutam marito  
 etiam in dotem dat; Ex quo nova fere dos efficitur, sive  
 prior dos augetur, conf. COTHM. Vol. I. Resp. 48. n. 20.  
*sequ.* augmentum vero nostrum statutarium ex bonis mariti  
 uxori datur. Et licet non satis quadret, tamen magis placet  
 denominatio hujus debiti statutarii, si illud *melioratio dotis* vo-  
 catur, uti illud vocat LINDEMANN in *Exerc. Feud. cap. 5.*  
 §. 37. ubi in fine scribit: in nostra Megapoli loco dotalitii est  
 melioratio, quæ vocatur, quæ dos illata pro dimidia parte aucta  
 redditur, nec incongrue à MEVIO *P. 5. Dec. 37.* retributio  
 vocatur. Interim in verbis faciles esse possumus, dummodo  
 res eo ipso non confundamus; promiscue igitur hoc debi-  
 tum statutarium vel lucrum vel augmentum dotis appellare  
 possumus. Extat de lucro dotis ejusque privilegio in concursu  
 creditorum von *Heyrahts gültlicher Verbesserung specialis*  
*dissertatio*, quam sub præsidio Dn. Frid. Gotil. STRUVII *J.*  
*Citi Kilon.* defendit Dn. FLAHT. *Sver. Megap. 1726.* Et  
 licet hæc disputatio merito lauderetur, attamen, quoniam non o-  
 mnia

*errores ex de nominatione augmenti nati.*  
*differ hoc augmentum dotis ab augmento dotis*  
*Jur. Rom.*

*dicitur etiam melioratio*  
*retributio dotis.*



omnia ibidem exhausta, variaque non satis niti principijs mihi videntur, operæ pretium erit, ut de lucro hoc statutario sive melioratione quædam & hic specivliter adducam.

## §. 16.

*Descriptio  
lucris dotis.*

*est tantum  
refusus fructus.*

Lucrum hoc sive melioratio dotis, quod in Megapoli viduæ nobiles consequuntur, si describere volo, non melius hoc conscribere possum, quam si scribam, lucrum sive augmentum sive melioratio dotis die Landübliche Besserung in Megapoli est usus fructus dimidii tanti, quantum in dotem marito datum fuit, viduæ, in remunerationem utilitatis dotis, quam maritus ex illatione & inde præsurata versione percepit, a tempore mortis mariti in hujus bonis, ad vitæ illius finem competens. Quod lucrum nostrum sive melioratio dotis in Megapoli tantum fit usus fructus, & quod ideo morte viduæ, si ex matrimonio cum marito, ex cujus bonis augmentum hoc dotis profectum est, liberi non extant, illorum redeat, unde profectum erat, nullum est dubium, & clare de illo dispositum est in ordin. Polit. Megap. Tit. Von Erbschaften: so ordnen wir, daß die Besserung nach der Frauen Tode, wosferne sie ohne Kinder absterbe, oder da sie gleich zur andern Ehe geschritten, und mit ihrem Manne Kinder aber keine mit dem ersten Mann gezeüget hätte, wieder dahin fallen solle, daher sie gereicht worden, &c. Conf. consentientem COTHMANNUM V. I. R. 48. n. 71. & TORNOV. P. I p. m 494. sq. Dn. FLAHT. in cit. diff. 20. Et licet vidua in liberos suos hoc lucrum dotis transmittere dicatur in cit. Ord. Pol. & inde videri possit, quod hoc casu jure proprietatis augmentum hoc dotis ad viduam deveniat, FLATH. d. l. tamen sententiam non muto, nam fieri nequit, quin liberi ex matrimonio cum marito, ex cujus bonis augmentum hoc profectum est, suscepti & bona hæc reliqua mariti possideant dum ergo ad liberos hos augmentum hoc revertitur, eo ipso insimul ad bona, unde venerat, redit.

Ufus.

§. 17.

Ulusfructum hunc esse dimidium tanti quantum in dotem <sup>est dimidia</sup> maritus acceperat. *Dd. patrii TORN. d. l. §. 34. COTHM. pars dotis d. l. n. 71. ibi: enim in nostra Megapoli est dimidietas dotis puta si uxor quadringenta intulerit marito, sexcenta recipit. LINDEM. cit. loc. FLATH. cit. loc. ib. 16. unanimiter asserunt.* Ultra hanc dimidiam quidem majorem summam constitui pacto posse, adeo ut filii, in feuda succedentes, viduæ hanc majorem quantitatem præstare teneantur; si autem feudum ad dominum reverteratur, vel ad agnatos devolvatur, ultra quantitatem hanc legalem viduam nihil petere posse, nisi & hi confenserint, jam notarunt *TORNOV. d. l. & FLATH. ib. 17.*

§. 18.

Quo igitur vidua lucrum, augmentum, meliorationem <sup>requiritur ut</sup> vel retributionem ex bonis mariti consequi possit, <sup>dos sit illata</sup> ut dos sit illata vel pro soluta, vel illata habita *MEV. P. 5. D. 63. vel pro soluta* pro soluta vel illata autem habetur, si maritus illi, qui dotem <sup>est illata ha-</sup> promiserat & solvere debebat, fidem habeat, illi dotem re- <sup>bita.</sup> linquat, & contentus sit, si modo usuras dotis ab illo consequatur; *Idem MEV d l Dec. 64. FLATH. d. l. ib. 14. TORN. P. I. pag 413,* & hæc dotis illatio, & inde præsumta in feudum versio, (juxta Scharffium, Tornov. & Titium quos *§. præced II, allegavi*) est unica causa hujus lucri vel meliorationis & ob aliam causam impulsivam hæc melioratio, re- <sup>Utilitas &</sup> tributio vel lucrum dotis non datur, quam in remunerationem <sup>marito ex</sup> & compensationem utilitatis quam ex dote maritus percipit & <sup>dote percepta</sup> in feudum vertit; Dos enim marito affertur ut inde commo- <sup>si unica caus-</sup> dum percipiat & in feudi utilitatem eam vertat; si igitur <sup>sa impulsiva</sup> propter illationem dotis lucrum dotis debetur, sequitur etiam ob <sup>hujus debiti</sup> causam hanc finalem, propter quam dos infertur, scil. ob <sup>legalis.</sup> utilitatem, lucrum hoc dotis viduæ deberi. Licet enim dos ad ferenda matrimonii onera & inferatur inde videri posset, utilitatem, quam ex Legum dispositione quis percipit, compen-  
E  
sari

fari non debent, attamen non sequitur, quod moribus talis compensatio introduci non possit: Uxori enim liberum fuit, velint bona sua marito in dotem dare, vel ea potius, præprimis si illa in dotem dare marito non promiserit, sibi retinere, & reditus suorum bonorum in sortem redigere, eoque illa augere, ut finito matrimonio habeat, unde commodius vivere possit; dum autem bona sua in dotem marito dat, hincque utilitatem ex illis percipit, æquum majoribus visum est, ut in remunerationem & compensationem hujus utilitatis, a marito perceptæ, lucrum hoc dotis viduæ constitueretur, conf. omnino hic *Dn. FLATH. in cit. Diss. de Lucro dotis. lib. 1. § 2.*, ubi apprimè bene docet, apud Germanos, ante receptionem juris R, non uxores marito, sed maritum uxori dotem constituisse: posteaquam autem Jus Romanum in Germania percrebuerit, & juxta hoc uxores bona sua in dotem marito dederint, Germanos in locum maritalis dotationis & in compensationem & remunerationem illatæ ab uxore dotis munuscula illa retinuisse & lucra dotis sic dicta viduis suis constituisse. Hinc factum, quod Ddres hoc lucrum viduæ compensationem & pretium dotis appellent *COTHM. Vol. 2. R. 92. n. 25. § n. 33.* His præsuppositis, facile liquet, viduas nobiles non ex titulo lucrativo, sed potius oneroso augmentum dotis consequi, ideoque minus rectè augmentum hoc inter odiosa referri. & hanc ob causam magis restringendum quam extendendum esse, minusque rectè in hac materia dispositiones Juris Romani, quod magis favendum sit de damno vitando certantibus quam lucrum inhiantibus applicari.

*Lucrum sive augmentum dotis non ex titulo lucrativo sed oneroso venit.*

*Non nisi mortuo marito hoc lucrum debetur.*

### §. 19.

Constituitur hoc lucrum dotis viduis, & hæc usumfructum hunc ante mortem maritorum consequi non possunt, ante enim dies nondum venit. Habetur igitur hoc augmentum pro debito quodam conditionato, si scilicet uxor maritum supervixerit, ante conditionis vero existentiam & antequam dies venit

venit peti nequit, quod in diem debetur; Ex quo prono alveo fuit, quod uxor, si maritus bonis cedat, hoc augmentum petere nequeat. In Pomerania interim uxorem, si maritus bonis cedat, augmentum dotis petere posse & cum hoc inter creditores suum consequi locum, ita tamen, ut hoc augmentum uxori non statim cedat, sed saltem ut ex bonis mariti separetur & sequestretur quod ad illud sufficiat, ejus fructibus interim relictis creditoribus, quibus remanet ea portio, si uxor ante maritum moriatur, eo autem præ mortuo tunc demum hoc lucrum uxori cedat, testatur totidem verbis MEV. P. 7. D. 129.

In Patria autem nostra, si maritus bonis cesserit, ejus uxor plane hoc augmentum dotis petere nequit, ex ea ratione, quæ naturæ hujus lucri conformis est, quia scilicet terminus petendi hoc lucrum, scilicet mors mariti, nondum adest; clare enim sancitum est hoc in *Ordin prov Megap. P. 2. Tit. 45* de cessione bonorum, ibi: Und wenn NB. der Schuldener dieses Eydtes ( hoc est: uti ex antecedentibus patet, juramentum cessionis) treuslich und mit Ernst erinnert, so soll Er als dann seine Habe und Güther gerichtlich cediren und abtreten, und seine Haus-Frau der Land-üblichen Verbesserungen nicht zu genießen, sondern allein ihren Brautsehas zu fordern haben. Conf art 40. Tit. 12 des Projects des M. L. R. Ex his verbis & insuper ex rubro Tituli quod de cessione bonorum sonat, satis perspicue patet. Serenissimos Legislatores ibidem tantummodo de eo casu loqui, quando maritus adhuc vivit, & hoc adhuc vivente, quia nulla adest vidua cui tantum privative, juxta naturam rei, hoc augmentum dotis competit, ideoque, subiecto, cui debetur, non existente, uxorem hoc augmentum non consequi posse sancitum esse: Minus attentus autem TORNOVIUS P. I pag. 496. & qui eum simpliciter secutus, DN. FLATH. ib 27. hanc ordinationis provinc. pericopam transcriperunt, dum citra mentem legislatoris addiderunt, daß eine

*In Patria non debetur si maritus bonis cedat.*

*Ehesrau in concursu creditorum &c.* cum tamen concursus creditorum nulla in lege provinciali fiat mentio.

Num autem concursu creditorum, post mortem mariti excitato, vidua in illo augmentum sive lucrum dotis consequi possit? acriter in foro disputatur, uti inter ceteros factum in causa von Restorffen Wittve zu Möderitz contra actorem communem Derer Moderitzschen Creditorum; qua controversia postquam vidua in priori & restitutionis instantia obtinuerat, composita est.

*Vidua in  
concursu cre-  
ditorum lu-  
crum dotis  
consequitur*

Viduam autem fundatam habere intentionem atque illi & in concursu creditorum augmentum vel lucrum sive retributionem dotis deberi, asserere nullus dubito. Hoc enim lucrum est debitum quod consequitur quoddam legale, debita autem legalia, præprimis si ut lucrum hoc, juxta § præc, non tam exitulo lucrativo, quam potius oneroso veniant, æque ac reliqua debita in concursu debentur. Regula enim generalis est, quod viduæ non debetur lucrum dotis, simul ac maritus mortuus est; nulli autem in Constitutionibus provincialibus directe exceptio ab hac regula statuta est, quod sc. tunc hoc debitum legale non debeatur, si plura debita concurrant. Et minus recte ad Ordin. Prov. Megap. supra citatum & transcriptum locum, & quod nulla adsit differentie ratio, cur uxor mariti, qui sine sua culpa bonis lapsus & ad flebile beneficium cessionis admitti dignus judicatus est, ad lucrum hoc legale adspirare non possit, vidua vero mariti, cujus mortem concursus statim excepit, melioris conditionis esse & lucrum hoc consequi deberet, provocatur. Certum enim est, magnam adesse differentie rationem ex natura lucri dotis profluentem. Hoc enim non debetur, viduæ, nisi mortuo marito; ante mortem enim mariti vidua non adest, & debitum, quod in casum mortis tantum debetur, ante mortem non debetur, dies enim nondum venit; insuper uti in descriptione hujus lucri notatum est, requiruntur bona, ex quibus vidua lucrum hoc consequi possit, simul ac autem maritus bonis cesserit, bona sua ad tempus que incipit

*nec obstat  
Ord. Provinc.*



pit deberi lucrum statutarium, ei non manserunt, sed ante creditoribus cesserunt. MEVIUS P. 6. Def. 241. n. 1.

In concursu creditorum autem, post mortem mariti excitato, longe aliter se res habet, ibi enim est vidua: ibi dies venit: per consequens adest tempus, quod consequendo lucro præstiturum erat: adsunt adhuc bona mariti ex quibus lucrum hoc consequi potest vidua: nam bona, licet mole æris alieni obruta sint, adhuc tamen mariti bona dicuntur, donec iudicialiter creditoribus sint adjudicata. Et cum omnes Leges & constitutiones, ad privationem juris tendentes, perquam strictissime interpretandæ & potius restringendæ quam extendendæ sint, exinde sequitur Legem provincialem, de cessione bonorum, marito adhuc vivo facta, loquentem, ad casum plane diversum, scilicet ad concursum mortuo marito excitatum, non esse extendendam.

§. 20.

Quo loco autem in concursu creditorum vidua cum dotalitio & lucro dotis collocanda sit, Ddres non conveniunt. *Dotalitium*  
 Quoad dotalitium distingvit MEVIUS P. 1. D. 173. statuens, *quo loco in*  
 si dotalitium dotem absorbeat, viduam cum illo eodem loco, *concurso credi-*  
 quo dos ipsa alias collocari debuisset, collocandam esse, & dotalitium eodem privilegio prælationis, quo dos, gaudere; *locandum sit.*  
 si locandum sit. *Sententia*  
 autem dotalitium dotem non absorbeat, sed præter illud & ipsa *Mevii.*  
 dos viduæ sit restituenda, tunc dotalitium privilegium prælationis non habere, sed ipsi, ratione dotalitii, nil majus competere jus, quam donationi propter nuptias, hoc est, tacitam hypothecam in bonis mariti, juxta L. 12. § 2. C. qui pot. in pign. *rectius sentit*  
 Magis vero placet, quod habet STRYK. in Tr. de S. A. 1. *Stryk.*  
 Diff. 4. cap. 2. §. 19. scilicet distingvendum esse, num ante dotalitii promissionem jam anteriores creditores hypothecarios habuerit maritus, hos enim cum creditis suis anteferri viduæ, hanc autem cum dotalitio præferri creditoribus, qui, post initum matrimonium & dotalitii promissionem, hypothecam consequuti sunt, & brevibus sententia B. STRYKII hæc est, viduæ *com-*

Vidua ratio- competere tacitam hypothecam in bonis mariti, a tempore initi  
ne dotalitii matrimonii, pro dotalitio consequendo. Et cum Strykio con-  
non nisi taci- sentit B. TORN. P. 1. p. 490. idem statuit CARPZ. P. 1.  
tam habet Cons. 28. def. 64.

Quod lu- Quod lucrum, retributionem sive augmentum dotis autem  
crum dotis attinet, MEVIUS illud eodem privilegio prelationis, quo dos,  
privilegia gaudere, ideoque hoc in secunda classe locum invenire sentit  
dotis habeat P. 7. Dec. 129. n. 1. & P. 5. D. 62. n. 3. ubi tamen ad hanc  
censens suam sententiam stabiliendam ad Li. 3. C. de Jur. dot. & L. 26.  
ad Jus Rom. S. 2. ff. de Pact. dotal. provocat. Verum perquam infelicis  
hoc casu re- time ex Jure Rom. decisiones controversiarum, lucrum statu-  
cte non pro- tium hoc concernentium, petuntur; In Jur. Rom. enim pla-  
vocator. ne ignorari hanc luci speciem & tantummodo ex moribus  
hoc venire, ipse MEV. P. 5. D. 62. n. 1. recte docuit; conf.  
FLATH in Superius cit. diff. lib. 11. conf. S. 12. supra. in qui-  
busdam autem decisionibus, utpote P. 2. D. 228. n. 4. & 330.  
n. 6. nec non P. 9. D. 62. MEVIUS ad consuetudines & Jura

Quid in Po-  
merania ob-  
tineat.

Pomerania provocat, & juxta hæc lucrum dotis privilegium  
prelationis habere statuit. Mihi quidem constitutiones & jura  
Pomerania non omnia adeo cognita sunt, si autem credi possit  
LUDOVIC. in Concurf. Proc. cap. 10. S. 32. quiescatur, juxta  
Constitutionem Pomeraniam von Lehnsund Justseur-Sachen  
de anno 1694. Tit. 9. S. 1. viduam non nisi tacitam habere  
hypothecam a tempore initi matrimonii, hanc Mevii sententi-  
am hodie nec in Pomerania amplius valere credendum est.  
Interim Mevii sententiam secuti sunt TORNOV. p. 496.  
FLATH. cit. Diff. ib. 23. 24. & 25. & BEYER in Jur. Germ.  
Lib. 2. cap. 18. possit. 66. & eandem opinionem amplexus erat  
Judex extraneus in sententia prioritatis concursus Restorffscher  
Creditorum, anno 1723. d. 17 Decembr. in Cancellaria Sveri-  
nensi publicata, ubi ita: Liquidati Wittve mit N N an  
Brautschak und mit N. N. Nthl. an verschriebener Landüb-  
slichen Verbesserung, wenn die würcliche illatio dotis ihre  
Nichtigkeit erhalten; Et hanc sententiam post restitutionis in-  
stan-

stantiam confirmarunt Jcti Gryphiswaldensi in sententia d. 21 Octobr. 1727. publicata.

Rectius autem statuunt autor des Projects des M. L. N. *Vidua cum luro do-*  
 Tit. 2. Art. 39. ubi scribit : Es wird die Frau, von wegen *luro do-*  
 ihres Brautshafes, in concursu, auch denen Creditoren und *tis non nisi*  
 Gläubigern, welche eine ältere ausdrückliche Verschreibung *tacitam ha-*  
 und hypotheam haben, allerdings vorgezogen, aber der Besse- *bet hypothe-*  
 rung halber wird sie andern Creditoren gleich geachtet, und *cam a tempo-*  
 hat dieselbe allein vor denen Creditoren, welche keine ältere *re in iti ma-*  
 Verschreibung und hypotheam beweisen können, zu fordern. *trimonii*  
 & COTHM. Vol. 2. R. 92. n. 28. quod scilicet nec dotalitium  
 nec luerum dotis jus prælationis, sed tantummodo tacitam hy-  
 potheam annexam habeat. Et hæc sententia analogia Juris  
 magis quam reliquæ omnes conformis est; Certum enim est,  
 jus quoddam prælationis esse tantummodo ex jure positivo &  
 ubi hoc jus positivum expressa aliqua sanctione huic vel illi  
 credito, jus prælationis non indulget, ibi & hoc competere ne-  
 quit; Jam autem nulla produci poterit lex nec consuetudo quæ  
 dotalitio & lucro dotis prælationem quandam præ creditis, an-  
 teriori hypothea munitis, concesserit, ergo hoc jus prælatio-  
 nis, licet doti sit concessum, tamen ceteris lucris uxoris non  
 competit. COTHM. d. 1. n. 29.

Qui igitur rem æqua lance ponderaverit, mecum statuet,  
 rectissime ita judicandum esse sc. si uxori expresso pacto mari-  
 tus dotalitium vel lucrum sive augmentum dotis promiserit,  
 in eo majorem securitatem bona sua hypothea nexu eidem ob-  
 ligaverit, huicque pacto consensus domini accesserit, viduam  
 tunc habere hypotheam consensuatam, & hunc illi competere  
 locum qui hypotheis consensuatis alias competit; si autem  
 aucto pacto, absque hypothea expressa constitutione, dotalitium  
 vel augmentum promiserit maritus, nihilominus tamen vi-  
 duam tacitam habere hypotheam in bonis mariti & juxta tem-  
 pus in iti matrimonii inter creditores privatam hypotheam  
 habentes collocandam esse. Quod autem viduæ tacita compe-  
 tat

F

rat

tat hypothea, five maritus augmentum dotis promiserit, five non, hoc eo minus dubium habet, quo certius est quod lucrum sit debitum legale & necessarium, quod per se bona jam afficit, **FLATH** *dist. d. ff. th. 24. in f.* propter quod & hypothecam tacitam & jus retentionis uxori competere DDres unanimiter fere docent **COTHM.** *d. l. n. 28. MEV. P. I D. 172 n. 1. CARPZ. P. 2. Const. 25. def. 8.* ad quos me brevitatis studio remitto.

## §. 21.

*Lucrum do-  
tis finitur  
morte viduae.*

Uti tandem quilibet usufructus morte usufructuarii, ita & hoc lucrum dotis morte viduae expirat, uti expresse sancitum in ordin. polit. Megapolit. Tit.: von Erbschafften §. antepenultima & penultima, ibi: damit nun hinführo alle Unrichtigkeit aufgehoben sey, so ordnen wir, daß die Besserung nach der Frauen Tode, woferne sie ohne Kinder absterbe, oder da sie gleich zur andern Ehe geschritten, und mit ihrem andern Mann Kinder gezeuget hätte, wieder dahin fallen solle, daß

*Non tamen  
expirat si ad  
secunda vota  
transierit.*

her sie gereicht worden, und angekommen, &c. Ex quibus verbis, & quidem in specie ex his: da sie gleich zur andern Ehe geschritten, satis liquet, viduam hoc lucrum non amittere, licet ad secunda vota transierit. Dissensit quidem **TORNOV. P. I. p. 497. §. 37.** statuens, viduam hoc lucrum five augmentum dotis amittere, si ad secunda se conferat vota, provocat eum in finem ad §. 28. Revers. provinc. de anno 1621. & sub ibi posita voce Besserung, meliorationes a vidua in praedio ad percipiendum ex eo dotalitium dato complectitur; Infert autem eo ipso injuriam textui, contextus enim docet sensum ibidem alium non esse, quam mulierem binubam dotalitium quidem amittere, sed dotem cum lucro dotis reperere posse, quod exinde eo magis elucescit, quod in fine dictae Sphi. subjecit legislator Serenissimus: jedoch soll es mit demselben sc. dotalitio, der Melioration und Deterioration halber, allermassen, wie oben im Punkt von Erb- & Jungfern disponiret, observiret und gehalten werden. Consentit eum **DN. FLATH.** in saepius alleg. disput. §. pro ultima.

Præter

§. 22.

Præter dotalitium, & hoc non constituto vel a vidua re-  
 pudiato lucrum five augmentum dotis, viduis nobilibus por-  
 tio quædam statutaria assignata est, in Ordin. Polit. Megapol.  
 Tit.: von Erbschafften §. ult. ibi: Gleichergestalt ordnen und  
 setzen wir, wann eine Wittfrau vom Adel aus ihres verstor-  
 benen Mannes Güthern ausgesteuert und abgewiesen wird, daß  
 sie von aller gedachten ihres Mannes fahrender Habe an Vieh,  
 Korn, Bettagwand, und allen andern Eigenthum, wie das ge-  
 neunet werden mag, die Helffte nehmen, und bekommen soll,  
 jedoch die Baarschafft ausgeschlossen, welche bey des Mannes  
 Lehn-Folgern bleiben soll.

Consequen-  
 tur tandem  
 vidue nobiles  
 dimidiam  
 omnium ho-  
 norum mari-  
 ti nobilium  
 et se moven-  
 tum excepta  
 pecunia nu-  
 merata.

Varie quidem circa hanc materiam occurrunt contro-  
 versia cum hæc autem omnes partim a Dn. SIBRAND. in *Dis-*  
*sert. Decades II. Jurium Singularium Mecklenb. exhibente habitæ*  
*hic Rostochii 1716. Exemplo 10. partim a B. TORNOVIO in*  
*tract. de F. M. Cap. 3. Sect. 2. §. 40. seqq. partim etiam ME-*  
*VIO P. 6. Dec. 41. nec non partim a COTHMANNO Vol. 4.*  
*R. 8. & aliis alibi passim jam tractatæ sunt, ne acta denuo a-*  
 gam ad citatos hos autores B. L. remitto eoque ipso huic disser-  
 tationi, quoniam temporis angustia variaque & prorsus im-  
 provisa impedimenta, quæ subinde inciderunt ac tempus ela-  
 borationi hujus dissertationis præstitutum præripuerunt, filum  
 hic abruptum jubent, finem impeno, unicum adjiciens, nempe  
 de anno gratiæ.

Quod igitur ille Viduis haud concedatur, satis dixit  
 TORNOV. P. 1. p. 508. Meus Dn. PRÆSES mihi qua hunc  
 passum etiam styli Facultatis fecit participem, & præter unum  
 casum ex Anno 1637. ubi Annus gratiæ viduæ junctim cum  
 liberis attributus, Conf. *Cothm. Resp. Vol. V. resp. 33. n. 26.*  
 semper in hunc diem contra annum gratiæ responderi asseruit;  
 Addidit tamen, consilia in ore habere, quod debeantur im-  
 penfæ

Annus gratiæ  
 a denegatur.

penſa in veſtimenta lugubria & vehiculum cum pari equorum;  
 Verba nuperi reſponſi hæc ſunt : Gleich derſelben auch die  
*nonnulla alia* Trauer vor ſich und ihre Domeltiques, ſamt einer Trauers  
*conceduntur.* Gutſche und Pferde nach Condition und Beſchaffenheit ihres  
 ſeel. Ehe-Herrn und deſſelben Nachlaſſes gehöret. In rationi-  
 bus eſt monitum, daß bevor die Wittive die Hälfte nehmen  
 könne, von der fahrenden Haabe, erſt müſſe ausgemacht  
 werden, ob auch die Baarſchaften und ſonſtiges allodium,  
 auſſer der fahrenden Haabe zu der Begräbniß, Trauer und  
 andern Koſten zureicheten; denn woferne das nicht wäre, ſo  
 müſte die fahrende Haabe zu dem Zweck angegriffen und  
 nicht das Lehn dadurch beſchweret werden.

SOLI DEO GLORIA.



Consultissime Domine Doctorande

SCHAUMKELL,

Amice æstumatissime!

**P**rimæ, quas ad me *Vir doctissime!* scribebas lineæ, Te mihi sistebant virum eruditum atque humanissimum. Flagrabam statim cupiditate Te videndi, præsertim quia omnium, tua jam ante me amicitia gaudentium, accedebat calculus & commendatio. Posteaquam igitur commercii nostri literarii primarium thema, Te præsentem, coepi tractare, expertus sum, te, ipsa invidia teste, esse virum, *qui nihil in se desiderari patitur*. Et hæc est definitio, sub qua mihi veniunt optimi viri, his verbis ego summam omnium elogiorum comprehendere soleo. Considerantes enim viros, præsertim illos, qui sub rubro eruditorum veniunt, multos invenimus, qui ex uno vel altero capite laudari possunt; sed sæpe eo ipso tempore, & intuitu, quo nobis sistuntur laudabiles, etiam observamus lacunam quasi quandam  
in

in ideā optimi viri. Sunt sœpe doctissimi, sed vel non satis bene morati, vel superbi, vel figuli figulos odio habentes, & quæ sunt alia, quæ in se desiderari patiuntur. Aliis nec pietas, nec candor, nec humanitas deficit, sed eruditio non multos habet numeros. O beatos igitur illos, quos, inter homines, cœteroquin nihil humani alienum a se esse putantes & perfectissimum eruditum stolide haud affectantes, utraque commendat pagina, quique & fama studiorum & gloria pietatis atque morum sunt, apud haud malevolos, incluti, & qui suo nomini, quo veniunt & appellitantur, faciunt satis.

*Vir Consultissime!* Hæc tibi ego, qui dicendorum scribendorumque themata ad viros, non viros ad themata adaptare soleo, tuam disputationem animi mei declaratione obsignaturus, tibi que tota mente gratulaturus, dicare volui. Sed quid opus erat meis verbis, quia morum tuorum s̄vavitatem singularem, omnes qui te utuntur fruuntur, ipsi satis experiuntur; Pariter & eruditionis tuæ testem ego me gerere non debeo, siquidem jam inter Practicos



amicos patrios es celeberrimus. Qui disputationem tuam, etiam e vestigio, quia animum, qua aliud thema electum, brevi ante proximum festum paschatos mutabas, tam eleganter conscriptam atque post examen, in quo certe nihil in te desiderari patiebaris, ut ipse eruditus, perlegit, suo etiam voto te virum appellabit egregium. Rebus itaque sic stantibus, ego praevideo, fore, ut ipse nihil unquam desiderare debeas, quod nempe fors clarorum virorum continet. DEus est viris piis, modestis & eruditis clemens: Patroni & amici maximi, medioximi & minimi indies augentur & secum ferunt laborum praemia: Inimici habent quo puniantur, mentes nimirum proprias torquentes: Apprecor tibi aliquot tales, si nondum habes, nam sunt indicium bonae causae. Coetera omnia textus habet, & non deficient tibi, quae necessaria sunt, vel juxta rubrum pandectarum: Unde vir & uxor; vel juxta frontem tituli codicis: unde liberi, postquam feminae mecklenburgicae deputatam optimam tibi ex ordine suo merito dica-

dicabunt, assignabunt. Vale vir præstan-  
tissimè! & amorem tuum, quem mihi  
pollicitus es, nunquam depone, sed sem-  
per memor esto

Tuæ dissertationis PRÆSIDIS.

Dab, d. 25 April. 1738.







Rostock, Diss., 1736-38

ULB Halle  
003 627 101



3

f

sb.







N. 234

Q. D. E. V.  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
JVRIDICA,  
DE

Fr. 25. num. 15.

24

**FOEMINA MECKLEN-  
BVRGICA,**

1738, 10.

IN MATERIA JVRIS CIVILIS ET FEVDALIS  
CONSIDERATA,

S. 234.

QVAM

*DIVINA ANNVENTE GRATIA,*  
*ET AMPLISSIMO JCTORVM ORDINE INDVLGENTE,*  
*SVB PRÆSIDIO*

**DN. ERN. IOH. FRID. Manßeln,**

PHIL. AC JVR. DOCT. FAMIGERATISSIMI INSTIT.  
PROFESS. PVBL. ORDIN. FACVLTATIS JVRIDICÆ  
AD H. A. DECANI SPECTABILISSIMI,

*DOMINI FAVORIS AC PROMOTORIS COLENDISSIMI,*  
*PRO SVMMIS IN VTROQVE JVRE*

*HONORIBVS RITE CAPESSENDIS,*

*IN ACADEMIA PATRIA,*

*ANNO MDCCXXXVIII. DIE 29. APRILIS*

*HORIS ANTE - ET POSTMERIDIANIS,*

*PLACIDÆ ERVDITORVM DISQVITIONI*

*SVBMITTIT*

**CHRISTIAN MATTH. SCHAVMKELL,**

**SVERINO-MEGAPOLITANVS.**

**JVDICIORVM MEGAPOL. ADVOCATVS ET DICASTERII  
PROVINCIALIS PROCVRATOR ORDINARIVS.**



ROSTOCHII,

Typis IOH. IACOBI ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.